



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CXXIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal einigen Bürgern auf  
neun Jahre, am 24. Juni 1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Arnoldo de porditz, Johanne de Bifmark et hoygero et pluribus aliis fide dignis. Acta sunt hec in nostro consistorio Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. quinto, infra octauam pasche.

Nach dem Concept im Stendalschen Rathesarchiue No. 61.

CXXII. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern zu Stendal das Dorf Lütken-Ballerstädt und Gebungen aus Dalem, am 22. Mai 1336.

Wir Ludowicus etc. Bekennen vnd bethugen in dessem openen brife, dat wie conrade hinden vnd Adame van grabowe, Arnolde vnd Jordan, den brudern, geiheiten vflamengere tu Steindal, haben gelegen vnd lien tu rechteme leene dat dorp tu lutticken ballerstede mit pachte, mit beide, mit tinse, mit wagendinste, mit vorlegghen vnd vnuorlegghen, mit aller nut vnd vrucht, mit aller orbede, mit deme richte hoghest vnd sifest vnd mit allen schieden, de dar tu belegen sin, vnd mit allem rechte, also dat wie dar nicht inne behalden. Och hadde wie vn ghelegghen vnde lyen in dusseme brife in deme dorpe tu dalem in hennicken beigendorpes houe Enen wischepel Rocken vnde ennen wischepel gersten vnde in deme selben dorpe drie wischepel hauern, tui vnde vircich honere vnde achtein scok eygere. Alle dar hir vor beporiben is, dat lige wie vn vnd iren rechten eruen mit samender hant tu besittende, als id her boldewin van dem campe vor heft gehat tu der stat rechte tu Stendal, als die borgere von Stendal ere lengut hebben vnde besitten, sunder allerleie hinder vnd beswernisse. Testes sunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de Buch, hennik iagow, heineke crochern, kuneke Eckstede. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., quarta feria proxima post penthecosten.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LII.

CXXIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal einigen Bürgern auf neun Jahre, am 24. Juni 1336.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>. Nos Ludowicus etc. Recognoscimus tenore prefencium publice protestantes, quod discretis viris Arnoldo et Jordano, fratribus dictis vflamengere, atque ade de grabow et iohanni hacken, ciuibus nostris in Steindal, nec non eorum veris et legitimis heredibus Contulimus in hiis scriptis, conferimus in solidum, totam monetam nostram in ciuitate Stendal a datis presentibus per nouem annos continuos in antea quiete et pacifice possidendam cum omni iure et vtilitate, cum omni fructu et libertate ac eciam tali tuicione et defensione nostra, quo et qua predecessores eorum eam hactenus possederunt, quamque talibus condicionibus et modis tenebunt et regent, quemadmodum ipsam ceteri monetarii hucusque tenuerunt. In



cuius etc. Testes sunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de buch, hennik de iagow, heineke de crochern, kuneke de Eckstede. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., in die Johannis baptiste.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIII.

CXXIV. Der Erzbischof Otto von Magdeburg erklärt den Altmärkischen Städten den Anspruch auf ihren Besitz in dem mit dem Herzoge Otto von Braunschweig eingegangenen Vertrage aufgegeben zu haben, am 11. August 1336.

Nos Otto, dei gracia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Recognoscimus publice per hec scripta et ad notitiam omnium quorum interest volumus peruenire, quod propter commodum et utilitatem reipublice ac pacem terre generalem super omnibus dissensionibus ac guerrarum discriminibus inter inclitum principem Dominum Ottonem, Ducem Brunsvicensem, et nos jam dudum duratis sumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem nec non Stendalensis, Tangermundensis, Osterburgensis, Saltwedelensis ac Gardelogenensis opidorum confules, Scabios et omnes uniuersitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et subjectionis ab eisdem extorquendum, in jus euocauimus ad ciuitatem Neuenburgensem coram iudice et conseruatore nobis per sedem apostolicam deputato, pro hujusmodi iure nostro ac nostre ecclesie eosdem ibidem impetentes, a qua quidem impetitione per meram compositionem recessimus et recedimus, Dimittentes quoque predictum principem, opidanos et uniuersitates memoratos ac omnes alios, quorum interest, ab hujus causa omnino liberos et solutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores suos, de quibus sibi in causa appellationis hujus in curia romana prouiderunt, ad partes poterunt reuocare, nostrisque dabimus in mandatis, quod a litibus hujus cessent penitus et desistant, Presentium nostrarum testimonio literarum, quibus nostrum sigillum in euidenciam premissorum est appensum. Datum Magdeburg, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., in crastino B. Laurencii martyris.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsaarchiues No. 68.

CXXV. Das Domcapitel zu Magdeburg hebt nach dem mit Herzog Otto über seinen Anspruch auf die Altmark geschlossenen Vergleich den Rechtsstreit auf, den es gegen den Herzog und die Altmärkischen Städte bei der apostolischen Curie anhängig gemacht hat, am 12. August 1336.

Nos Hinricus, dei gratia . . . prepositus, Johannes, eiusdem gratia decanus, Totumque Sancte Magdeburgensis Ecclesie capitulum recognoscimus publice in hiis scriptis et ad noticiam omnium, quorum interest aut poterit interesse, cupimus peruenire. Ad perpetuum commodum et

Hauptst. 1. Bd. XV.